Actum in castro Praemislien

3/VII Feria tertia post festum visitationis Gloriosae Mariae virginis proxima Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo sexto Coram Generoso Victorino Kowalski vicecapitaneo, Drobrogostio Jazolski notario Castren Praemislien, offo et Actt

622 Maliczki arendat Cap[itaneatum] Krzeszowien

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren Praemislien [illegible] Stanislaus Maliczki [illegible]

[illegible]

Actum in Castro Praemislien

5/VII Feria quinta post festum visitationis Gloriosae virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo sexto coram Gnosis Victorino Kowalski vicecapitaneo Drobrogostio Jazolski notario Castren Praemislien officio et actis

Ostrowski cedit filio

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Capitanealibus Castren Pre[illegible]

[illegible] 623

[illegible]

Coram terrestri et Castrensi Praemisliensi iudicio, Cui de, ad quod sequitur citatus cum successoribus quo ad eundem subiicit, in primo ultimo termino stare, parere, rendere, Actis [illegible] in partem dilationibus, exceptionibus foris declinatoriis, Motionibus appellationibus, Poena tertium Marcarum satisfacere totiens quotiens opus fuerit tenebitur et eius successores tenebuntur. Nulla praescriptione terrestri obstante

624

Skorutha cum Brathkowski

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensi Praemisliensi, Generosus Georgius Skorutha de Mlodatycze ab una et Nobilis Petrus Brathkowski de tertia Sanctae partibus ab altera, sani mente et corpore existentes, A terris Pallatinatibus dictis iuribusque suis quibusvis propriis recedentes, Praesentes vero Castrensi Praemisliensi iurisdictioni, se successores, ac bona sua omnia in toto quo ad actum effectumque praesentis attinet incorporarunt et subiicerunt publice recognoverunt, Quia se sibi invicem et mutuo cum successoribus suis super omnibus bonis suis, hereditatibus et obligatoriis mobilibus et immobilibus nunc et in posterum habitis obligant et inscribunt, ac quidem illorum pro se interesse recognoscendum, obligat et inscribit, Intercisam seu inventarium certa qui habent in terrae ratione Arendae bonorum laboriosis manibus et sigillis suis propriis subscriptis et obsignatis tenere complevit et exequi eidem intercisae ac Inventario omnibusque in eis contentis tam in toto quam in quavis minima parte satisfacere, sub vadio quingentorum et quinquaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonici, per partem non tenentem, et ea omnia tam in toto quam in quavis minima parte in intercisa seu Inventario praefatis contentis non complentem, parti tenentis et praemissa complentem ac solvendum totiens quotiens opus fuerit succumbendum, Nihilominus praefati recognoscentes mutuo et invicem unus alteri in omnibus bonis suis inscribunt, praesentem inscriptionem ex his Actis ad acta Terrestria Praemisliensia infra decursum unius Anni transferre, transportare, melioremque si opus fuerit recognitionem facere, sub vadio similis quingentorum et quinquaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonici pars parti ad solvendum succumbentem, Pro quo quidem vadio et vadiis si se pars praemissa non tenentem parti tenentem et successoribus citare permiserit, et eius posteri permiserint, Extunc a terris Pallatinatibus dictis iuribusque et foro competentibus suis quibusvis propriis refundo coram Castrensi Praemisliensi officio in primo ultimo termino tanquam peremptorio, stare, parere, rendere, ac pro praefato vadio et vadiis, Omnibus exceptionibus, Controversiis, praescriptionibus, suspensionibus, Motionibus, appellationibus, earumque prosequutionibus vera et simplici infirmitatibus, Actione pro maiori, Ad quietem dictionum non petendum, Bellis, Colloquiis, Conventionibus, servitio Militari et Reipublicae atque Sacrae Maiestatis Regiae, Ac aliis omnibus legalibus impedimentis, Poena tertium Marcarum et triplici poena, ac aliis omnibus quantae dilationibus, iuris remediis semotis et in parte vicissim satisfacere cum suis successoribus pars parti totiens quotiens opus fuerit tenebitur, Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante

Brathkowski ttr skorutha

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensi Praemisliensi Nobilis Petrus Brathkowski, A iure foro suis quibusvis propriis refundo, Praesentes vero Iuri Iurisdictioni Castrensi Praemisliensi in toto quo ad actum effectumque infrascriptorum attinet secum successoribus bonisque suis omnibus incorporarunt et ministrarunt, sanus mente et corpore existens palam publice, per expressumque recognovit, Quia Generosus Georgius Skorutha et eius successoribus summam Quingentorum et quinquaginta florenorum pecuniae monetae et numeri polonici certi veri et liquidi debiti, mutuatique pecuniae, tenetur et est debitus, praesentibusque se et successores suos in et super omnibus bonis suis obligat et inscribit, Eidem Georgio Skorutha et eius successoribus pro rathis infrascriptis, videlicet primam ratham Ducentorum

florenorum pecuniae pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturo, Alteram vero ratham Trecentorum et quinquaginta florenorum pecuniae pro die et festo Sancti Joannis Baptistae etiam proxime et immediate venturo dare solvere, realiterque circa acta praesentia reponere, relinquere, Cuncti ab officio exfidenibere, Sub vadio similis summae rathae cuiusque correspondentis in defectu solutionis rathae cuiusque ad solvendum irremissibile succumbendum, Nihilominus praefatus Brathkowski se et suos successores in et super omnibus bonis suis, obligat, praesentem inscriptionem ex his Actis ad acta Terrestria Praemisliensia ante decursum unius Anni transferre, transportare, similemque vel si opus fuerit meliore recognitionem facere, Et circa transportationem inscriptionis praesentis, Nobilem Annam de Lempicze consortem suam ultimam cum duobus Amicis de linea praesentia proximioribus ad eadem acta Terrestria Praemisliensia ad consentiendum super inscriptionem praesentem quo ad omnia in suum reformatorum et adiuvatione ac aliud quodvis adducere et statuere sub simili vadio rathae cuiusque correspondentis pro quaquidem summa et vadio praefatus recognoscens cum suis successoribus ad officium Castrensi Praemisliensi citatus, Extunc a terris distinctionibus iuribusque quibusvis suis propriis recedentes, coram eodem iudicio et officio Cui se ad quod sequitur citatus Actus praesentis respectu cum successoribus bonisque suis propriis debito subiicit in primo ultimo termino tanquam peremptorio, stare, parere, rendere ac pro praefata summa principali et vadio satisfacere tenebitur et sui posteri tenebuntur totiens quotiens opus fuerit, Nullum terminum occasione praemissorum vera et simplici infirmitatibus, Actione pro maiori, bello, colloquiis, Conventionibus, generalibus et particularibus, expeditione bellica, servitio Militari et Reipublicae, atque Sacrae Maiestatis Regiae, absentia a regno, ac aliis omnibus quantae legalibus impedimentis non differendo nec prolongando, Ad quietem praesentis Actis praesentia dilationem non petendum, Appellationes cum motionibus, earumque prosequutiones a iudicio seu officio nullas facientes, Poena tertium Marcarum et triplici poena vadium et vadia non evadendum, immo secum successoribus omnibus iuris remediis, Evasionibus, praescriptionibus, suspensionibus, dilationibus quae generaliter universis abrenuntiantes, et in his praesentibus sibi in auxilium [illegible] praesentem a summa sua suorumque successorum sub admissione totius Causae, Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

625

Prochenski ttr lodzinski

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensi Praemisliensi, Generosus Joannes Prochenski filius olim Generosi Martini Prochenski, A iure foro suis quibusvis propriis refundo, Praesentes vero iuris dictumque Castrensi Praemisliensi in toto quo ad actum effectumque praesentis inscriptionis attinet secum successoribus ac bonis suis incorporarunt et ministrarunt, sanus mente et corpore existens palam publice recognovit, quod Generosus Joannes Lodzinski et eius successoribus summam Octingentorum nonaginta et quinque florenorum pecuniae monetae et numeri polonici certi veri liquidi debiti, mutuatique pecuniae tenetur et est debitus, praesentibusque se et successores suos in et super omnibus bonis suis obligat et inscribit eidem Joanni Lodzinski et successoribus eius pro die et festo Sancti Valentini Martinis pro die et festo Sancti Valentini Martinis proxime et immediate venturo solvere realiterque circa acta Castrensi Praemisliensia reponere, relinquere, necnon ab officio exfidenibere, Sub vadio similis summae Octingentorum nonaginta et quinque florenorum pecuniae monetae et numeri polonici, in casu non solutionis ad solvendum irremissibile et de facto succumbendum, Quod vadium nullo decreto officii intervenire, solummodo virtute inscriptionis praesentis modo eadem die solutioni assignatur, cedet et converti debet in summam Capitalem et essentialem debitum, dicque summa principalis cum vadio simul iuncta, in et super omnibus bonis hereditatibus et obligatoriis mobilibus et immobilibus praesentibus Joannis Prochenski propriis, extendetur, extendique debet, Nihilominus praefatus recognoscens cum suis successoribus in et super omnibus bonis suis obligat et inscribit, praesentem inscriptionem ex his Actis ad acta Terrestria Praemisliensia infra decursum unius Anni transferre, transportare, similemque vel si opus fuerit meliore recognitionem facere, Sub vadio similis summae Octingentorum nonaginta et quinque florenorum pecuniae monetae et numeri polonici, Pro quaquidem summa principali et vadio simul iunctis, se praefatus recognoscens cum suis successoribus eidem Joanni Lodzinski et eius successoribus citare permiserit, Extunc a terris dictis